



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

Svmmarivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

ganter admonuit Dn. Spiegelius in suo Lexico
 authoritate Ciceronis offi. lib. 3. § l. diuus. §
 si quis duobus l. impuberem. §. si testameta-
 rius. ff. ad l. Cornel. de fal. adde l. 1. in princ.
 ff. si quis aliq. testamen. prohibue.

~~~~~

De legitimis executoribus, &c.  
 Tit. 2.

S Y M M A R I V M.

1. Executorum vltimarum voluntatum duo ge-  
 nera.
2. Executores legitimi & publici, rectè nominantur.
3. Voluntates vltimas conseruari, reipublicæ maxi-  
 me interest.
4. Voluntatis vltimæ ius liberum, & licitum, non  
 arbitrarium executori.
5. Episcopus non est immediatus executor in causis  
 pijs, alijs hæredibus vel executoribus a testatore  
 designatis. & super ea re elegans demonstratio.  
 num. 6.
7. Episcopi officium, circa executionis testamenti  
 munus & num. 8. & 9.
10. Episcopus nõ potest accedere ad executionem  
 vltimarum voluntatum, donec vnus testamen-  
 tarius executor superest.
11. Insinuationis vltus, in executionibus vltimarum  
 voluntatum.
12. Voluntatum vltimarum privilegium & digni-  
 tas tanta, vt cuiq; libera sit accusatio, si viderit  
 quid agi præter testatoris decretum & mentem.



13. Voluntas vltimas conseruari, natura etiam monet.
14. Executor s vltimarum voluntatum constituti à iudice ecclesiastico, vel adiuncti, præter testatoris ordinationem, quid qualiterue agere debeant.
15. Mandatis iniustis non parendum.

**D**istinguunt † doctiores multas executorum species, subtiliter magis, quam cum vtilitate fori. Dicunt enim alios esse legitimos, alios datiuos. Rursus constituunt differentiam inter datiuos & testamentarios, rixantes de nominibus, & negligentes rem ipsam.

Breuitè, summa executorum vltimæ voluntatis, diuisio, in duo genera deducitur. Quidam enim sunt legitimi, quidam verò testamentarij. Legitimi sunt, quibus à lege tribuitur potestas vltimæ voluntatis defendendæ, quo minus interuertatur, aut procrastinetur. Hos rectè dixeris publicos conseruatores vltimarum voluntatum. Quales sunt omnes boni magistratus, præsertim in causis pijs episcopi. Rectè aut nuncupantur † legitimi executores & publici: quia non hominis sed iuris imperio suscipiunt defen-